



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

Illvstrissimo Et Clarissimo Domino D. Vincentio De Siville, Domino De  
Boville, Regio In Svpremo Senatv Normanniæ Consiliario, libellorumq[ue]  
supplicum primo Præsidi, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

380  
ILLVSTRISSIMO

ET CLARISSIMO DOMINO

D. VINCENTIO DE SIVILLE,

DOMINO DE BOVILLE, RE-

GIO IN SUPREMO SENATV NOR-

manniæ Consiliario, libellorumq; sup-

plicum primo Præsidi, &c.



*Q*UOD scripsit Latinorū eloquentissimus,  
eos, qui Oratores eu idere nō possūt, ad  
ris studiū deuenire, patet (si nō erro) lat.  
& ad multos hoc nostro calamitoso seculo  
pertinet. Videmus nāq; paucos animū ad grauiora stu-  
dia applicare, quā plurimos verò noctes diesq; insu-  
re, ut quid in marmore olim fuerit scriptum eruat,  
quid in vetustō codice puluere obsito negligēs scrip-  
sit librarius corrigant. Hæc qui dixerit ardua inter-  
difficiliū tractatione se nunquam exercuit. Ceterū  
ea est mortaliū cecitas, ut soli Critici (hi sunt, qui de  
aliorum scriptis sic iudicant, ut multa deprauent, &  
paucissima corrigant) in viris doctis hodie numeren-  
tur. At quæ est hæc hominū insanitas, doctos appel-  
lare eos, qui rerū etiā vulgariū scientiā non sunt dis-  
culti? Multi sunt, qui Cæsaris, Salustij, Suetonij, Titij  
Liuij, & aliorum id genus monumenta notis illustra-  
runt, interpunctisq; interuallis diligenter notarūt ac  
deniq; sic emendarūt, ut quod vno die tanquā marmū  
mēdū litura correxerāt, altero (nā posteriores cogita-  
tiones



tiones sunt sapientiores) tanquam germanum Au-  
 ctoris factum suum in locum reposuerint. Hinc secun-  
 da, & tertia, immo interminata hominum cura. Re-  
 ctius certe faciunt, qui cum in adolescentia magna-  
 rum rerum doctrinam perceperunt, in Remp. ubi æ-  
 tas confirmata fuerit, omnes suas curas cogitationesq;  
 conferunt. Quod te fecisse, clarissime Præses, qui te  
 probè nouit, nemo est qui ignorat. In clarissima siqui-  
 dem sunt luce, quæ tu præclarè quotidie facis, & nulla  
 temporis tanta poterit esse longinquitas, quæ tua in  
 Foglianos, (qui D. Bernardi institutum ad vaguem se-  
 quuntur) & alias piorum virorum familias, bene-  
 merita obscurare poterit. De tua verò singulari erga  
 me humanitate, quia verba non suppetunt, quibus sa-  
 tis dignè eam laudem, hoc tempore silendum iudica-  
 ui. Caterùm ut intelligas me tui non esse immemorè,  
 mitto ad te descriptionem Sinenfis Regni, quæ hacten-  
 us quod sciam typis excusa non fuit. Eius auctor pu-  
 tatur esse Alexander Valignanus, qui cum in celebri  
 Italiæ urbe magno civium applausu ius diceret; in So-  
 ciorum numerum est Romæ cooptatus, & post cōfectū  
 in Theologia studiorum cursum, in Indias quæ ad oriē-  
 tem sunt Solem missus, magna cum laude Sociis præ-  
 positus provincialis præfuit, & tandem ad Taicosamã  
 legatus Pro-Regis Indiæ & Sociorum Visitator, multa  
 gessit præclara, quorū aliqua in hoc libro Recentiorum  
 Epistolarū magna tua voluptate leges. Vale, Antuer-  
 piæ, viij. Id. Augusti, An. Clō. 1500. V.

Obsequentissimus in Christo seruus,

IOANNES HAYVS.

Tom. ij.

KKk

LE-